



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XIII. Die Markgrafen Otto und Conrad bestätigen der Stadt Prenzlau das  
Magdeburgische Recht, am 17. Juli 1294.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

XII. Heidenreich, Bischof von Brandenburg, gewährt zur Vollendung der Marienkirche in  
Prenzlau einen Abfaß, am 26. März 1289.

Heidenricus, Dei gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Sancta mater ecclesia semper pietatis visceribus plena atque summa karitate referta, prouisione salutari filiorum salutem prospiciens considerata deuocione dolencium et refurgere volencium longi temporis penam restringere et optata prefidia pollicetur, maxime penitentibus et confessis, qui pro peccatis redimendis pauperibus et egenis atque ad ecclesiarum structuras sua distribuunt secundum a Deo sibi traditam facultatem. Igitur cum monasterium beate et gloriose virginis Marie in Prinzlawe construendum absque elemosyna piorum consumari non poterit, Nos omnibus suam elemosynam ad eandem structuram largientibus contritis et confessis de iniuncta sibi penitencia quadraginta dies et vnam karenam autoritate, qua fungimur, misericorditer relaxamus. Datum Anno Domini Millefimo ducentesimo octogesimo IX<sup>o</sup>., crastino Anunciacionis Domini.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XIII. Die Markgrafen Otto und Conrad bestätigen der Stadt Prenzlau das Magdeburgische  
Recht, am 17. Juli 1294.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses et de Landesberg Marchiones, recognoscimus tenore presentium et ad singulorum pervenire Cupimus notionem, quod Burgenfibus nostris dilectis civitatis Primslaw damus et concedimus jus Magdeburgense cum omni jure, prout cives Magdeburgenses habent et habere haecenus consueverunt. Testes hujus rei sunt Fridericus de Ecsted, Johannes de Oldenvlit, Romelo, Wernher de Swaneberg, Dithardus, Johannes de Sydow, Godeco de Grifenberg, Anno, pincerna, Johannes de Blankenborg, Henricus de Steglitz, fideles nostri milites, et alii fide digni. Datum Primslaw, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. Nonagesimo quarto, in die beati Alexii Confessoris.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.